4057 Mantuae in museo n. 109.

sic CL · AMAZONIOVS · V E · MARITVS
MARCIAE AVRЕL · ALEXANDRIAE C M F
HVNC TITVLVM SECVNDVM MANDATVM
EIVSDEM ALEXANDRIAE QVAE CVM ADVIVERET
sic TESTAMENTO SVO PRAECECEPIT HVNC PRAETORIOLVM
CVM HORTVLO ET HEROO LIBERTIS LIBERTABVS
QVE POSTERISQVE EORVM CEDI ET IVSSIT NE QVANDO DE
FAMILIA · ALIENETVR SI QVANDO ALIOVIS *sic*
VOLVERIT DONARE VEL VENDERE ARCA
E PONTIFICVM POENAE NOMINE INFERET
DVODECIES CENTENA MILIA NVMMVM

Contuli. Ed. Borsa p. 23; Labus mus. Mant. 1, 165 tab. 40.

Cl(audius) Amazoni[c]us v(ir) e(gregius) maritus Marciae Aurel(iae) Alexandriae c(larissimae) m(emoriae) f(eminae) hunc titulum secundum mandatum eiusdem Alexandriae. Quae cum adviveret, testamento suo prae[ce]pit hunc praetoriolum cum hortulo et heroo libertis libertabusque posterisque eorum cedi, et iussit, ne quando de familia alienetur. Si quando ali[q]uis voluerit donare vel vendere, arcae pontificum poenae nomine inferet duodecies centena milia nummum.

4058 Mantuae LIG.; in castello principum BONON. et COD. PAT. In horto comitis Marcelli Donati GRUT. Ex domo marchionis Silvii Gonzagae venit in museum n. 107.

SEX · CAECILI C
SEX · F SAB
SENECIONI IIII VIR
BIS · PONTI
PRAEF · FABR
PRAEF · COH
PRAEF · EQV
ALA·HISPANORVM·PRA

Contuli. Habent Hier. Bononius cod. Cic. 1874 f. 46 eodemque exemplo cod. seminarii Patavini 180 f. 57', ubi postea adscripta est; Ligorius ms. Taur. 11; Grut. 379, 1 ex schedis Velseri; Volta ms.; Borsa p. 24; Labus mus. Mant. 1, 55 tab. 16.

Auctiorem certe in principio videntur vidisse auctores saec. XVI. — 3 SENECIANI Pat. — IIII VIR Bon. Pat., IIII · VIRO Lig., LIBERT Grut. — 4 PONTIF Lig. Grut., PONTIFICI Bon. Pat. — 5 FABRVM Bon. Pat. Lig. — 6 COHORT Grut., COHORTIS Bon. Pat., COHORTIS . . . Lig. — 7 EQVITVM Bon. Lig. Pat. Grut. — 8 PRAEFECTO Bon. Pat. Grut., PRAEFECTO·S Lig.

4059 Mantuae in S. Andrea in sepulcro divi Longini FERRAR. in sepulcro S. Longini FELIC. in S. Andreae LIGOR.

D · M
M · FABIO · C · F
SAB · PRAESENTI
SACERDOT · CAENINENS
EQVO · PVBL · IVDICI · EX
V · DECVR · AVG · II · VIR · I · D
HIC · REI · P · SVAE · HS · CCCC · LEG
ET·AD·SCHOL·EXORNANDAM·HS · C
Q · FABIVS . . . .
L . . . .

Tria exempla extant, Feliciani in add. cod. Ver. Mant. 8 (a Marciano abest; ex Feliciano pendet Mur. 742, 1 dans ex schedis suis confusam cum n. 4080, quae subsequitur apud Felicianum); Ferrarini cod. Paris. f. 31' n. 1 et Reg. (a Traiectino abest; inde Mur. 746, 1 ex schedis Farnesiis et Iacobi Valerii); Ligorii ms. Taur. 11 (inde Gud. 123, 2). A prioribus Orelli 2180.

In vv. dividendis secutus sum Ligorium. — 4 CAENIENS Felic. — 6 DEC·VIR pro DECVR Felic. — 9 Q·FABIVS Lig. solus, Q (om. FABIVS) reliqui.

4060 in ecclesia S. Caelestini in agro Mantuano apud vicum Pietolam, ex quo Maro oriundus CYRIACUS (scilicet cod. Parm., Angel., Marucell., alii); Pletuli FERR. — Continuat titulo n. 4062 praescriptione omissa IUCUNDUS cum suis.

C · MAECILIVS · P · F
SAB · VI · VIR·SIBI
ET · NOVELLIAE
PRIMAE · VXORI
T · F · I

Servavit opinor Cyriacus solus. Habent codices Cyriacanus Parmensis f. 104', Angelicanus f. 45', Marucellianus A. 79. 2 p. 21, Borghinianus p. 117 'ex libello Fr. Pandulfini', Macci 2 f. 3 ex libro ms. cum praescriptione supra relata. Omnino indidem Ferrarinus in libro Parisino f. 133 et in Regiensi, item Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 322, 3; Ligorius ms. Taur. 11 et inde Gud. 130, 2; Grut. 433, 3 ex Apiano et Verderianis), sed ut Iucundus (cum asseclis) praescriptione nulla interposita hanc adiungat ad n. 4062.

In vv. divisione consentiunt libri quinque scripti, quos primos nominavi. — 3 NOVELLAE Borgh. — 4 VXSORI (s superscr.) Iuc.

4061 Mantuae in museo n. 83.

M · MESSIVS
L·F·SAB·IIII·VIR·I·D

Contuli. Ed. Labus mus. Mant. 2, 210 tab. 32.

4062 Mantuae FERR. in domo Bonaventurini de Torchis IUC.

SAB · RVFVS · IIIIII · VIR · SIBI · ET
CASSIAE · L · L · LEPIDAE · VXORI
TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT

Habet Ferrarinus cod. Reg. (abest a Par. et Traiectino) eodemque opinor exemplo Iucundus f. 183 (inde Lilius f. 5; Apianus 322, 3; Ligorius ms. Taur. 11 et inde Gud. 130, 2; Grut. 465, 1 ex Apiano et Verderianis; Labus mus. Mant. 3, 223). Apud Iucundum quique eum expilarunt subsequitur praescriptione nulla interposita n. 4060.

Versuum divisio incerta. — M·MAECILIVS·M·F (interpolatione repetenda ex n. 4060 cum hac confusa) add. Ligorius et inde Grut. ed. 2.

4063 rep. 1805 proxime a Mantua ante portam Prodellam in montibus ad lacum *di Belfiore* FILIASI. Nunc in museo Mantuano n. 138.

D *caput Medusae* M
HAVE · CASSIA
SALLVSTIA
ALTINAS
HIC · ADQVES
CIT · L · AEBVTIVS
MARIANVS
COIVGI

Contuli. Ed. Filiasi *Veneti* (ed. 2 1811) 1, 129; Labus mus. Mant. 3, 221.

4064 Mantuae antea in via ad pontem S. Georgii prope turrim antiquam.

sic
C · F | AGRIPA · SIBI
E · PRIS | CAE · VXSORI

Contuli. Labus mus. Mant. 3, 337 tab. 56 adhibitis schedis Garofoli cuiusdam qui viderit pleniorem. Sed lapis ipse integer videtur.

4065 Mantuae in scala quadam intra claustrum S. Marci IUC.

V · F
C · ALFENVS
IN·F·P·XX
IN·AG·P·XVI

Servavit Iucundus f. 182, a quo pendent Apianus 323, 4 (inde Ligorius ms. Taur. 11 et ex Ligorio Gud. 314, 4; Grut. 901, 6 ex Apiano; Labus mus. Mant. 3, 343) et Donius (cod. Barb. XXX, 182 f. 52 et XXXIV, 73 f. 238 ex libro ant. ms.).